



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Capvt IX. Contra inanem hæreticorum fiduciam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

20. num. 84. cum seqq. Fr. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 2.
dub. 3. concl. 1. reg. 1.

β *Quoniam enim nemo possit esse iustus, &c.*] Vide Vasquez in 3. p.
D. Thomæ tom. 2. disp. 231. num. 37.

γ *Vnde in ipsa, &c.*] Vide Pat. Azori. instit. moral. lib. 9. cap. 3.
quæst. 3.

CAPVT VIII.

*Quomodo intelligatur, impium per fidem, & gratis
iustificari.*

a *Rom. 3.*

CVM verò Apostolus a dicit, iustificari hominem per
fidem, & gratis; ea verba in eo sensu intelligenda
sunt, quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ consensus te-
nuit, & expressit; ut scilicet per fidem idè iustificari dica-
mur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamen-
tum, & radix omnis iustificationis: b sine qua impossi-
bile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium per-
uenire: gratis autem iustificari idè dicamur; quia nihil
eorum quæ iustificationem præcedunt, siue fides, siue o-
pera, ipsam iustificationis gratiam promeretur; si c enim
gratia est, iam non ex operibus; alioquin, ut idem Apосто-
lus inquit, gratia iam non est gratia.

b *Hebr. 11.
infr. Can. 9.*c *Rom. 11.
Ephes. 2.
Tit. 1.*

CAPVT IX.

Contra inanem hæreticorum fiduciam.

Tit 3.

QVAMVIS autem necessarium sit credere, neque
remitti, neque remissa vñquam fuisse peccata, nisi
gratis diuina misericordia propter Christum: nemini ta-
men fiduciam d & certitudinem remissionis peccatorum
suorum iactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti
vel dimissa esse, dicendum est; cum apud hæreticos &
schismaticos possit esse, imò nostra tempestate sit, & ma-
gna contra Ecclesiam Catholicam contentione prædi-
cetur vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed
neque illud asserendum est, oportere eos, qui verè iusti-
ficati

d *infr. Can.
22. & 13.*

ficati sunt, absque vlla omnino dubitatione apud semet-
 ipsos statuere, se esse iustificatos, neminemque à peccatis
 absolui ac iustificari, nisi eum, *a* qui certò credat se abso- *a* *infra. Can.*
 lutum & iustificatum esse; atque hac solâ fide absolutio- *14*
 nem & iustificationem perfici: quasi qui hoc non credit,
 de Dei promissis, de que mortis & resurrectionis Christi
 efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericor-
 dia, de Christi merito, de que Sacramentorum virtute &
 efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum seipsum suam-
 que propriam infirmitatem & indispositionem respicit,
 de sua gratia formidare & timere potest; cùm nullus scire
 valeat certitudine fidei, cui non potest subesse fallum, se
 gratiam Dei esse consecutum.

CAPVT X.

De accepta iustificationis incremento.

SIc ergo iustificati, & amici Dei ac domestici facti,
b euntes de virtute in virtutem, renouantur, vt *A* *b* *Psal. 13. c.*
 postolus inquit, de die in diem: hoc est, mortificando *infra Can. 14*
 membra carnis suæ, & *c* exhibendo ea arma iustitiæ in *2. Cor. 4. in fi.*
 sanctificationem, per obseruationem mandatorum Dei, *Coloss. 3.*
 & Ecclesiæ, & *in ipsa iustitia* per Christi gratiam accepta, *c* *Rom. 6. d.*
 cooperante fide bonis operibus, crescunt, atque magis
 iustificantur, sicut scriptum est: *d* Qui iustus est, iu- *d* *Apoc. 19.*
 stificetur adhuc. Et iterum: *e* Ne verearis vsque ad *e* *Eccles. 1. 6.*
 mortem iustificari. Et rursus: *f* Videtis quoniam ex *f* *1. 1. d.*
 operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Hoc
 verò iustitiæ incrementum perit sancta Ecclesia, cùm
 orat: Da nobis Domine fidei, spei, & caritatis augmen-
 tum.

REMISSIONES.

* *In ipsa iustitia.*] Vide Sayr. in clauis regia, lib. 3. cap. 4. & P. Azor.
 inst. moral. p. 1. lib. 4. c. 34. 501. 552.

CAPVT